CCXIV

Nos ... dominus Mediolani etc. Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis. Admisimus petitionem tenor huiusmodi videlicet: Illustri et excelse
dominationi vestre significat pro parte vestri fidelis Guitoris Thomaxini de Bonazys de Cremona sindici et procurator conventus fratrum monasterii beati
Antonii dioc. Viennensis, quod quidam Thomasinus de Vimercate de terra vestra Creme decessit condito per ipsum testamento, in quo heredem sibi universalem
instituit ipsum conventum, tamquam pauperes intuitu pietatis, et quod occasione certorum bonorum hereditatis predicte lis pendet coram Vicario Potestatis vestri Creme
inter ipsum Thomasinum dicto nomine et dominam Ciprianam uxorem dicti Thomasini, et Franciscum [illegible] et Bertaninum fratres de Ardicis de Crema.
In qua lite opponitur eidem Thomasino sindico predicto non debere admitti ad petita per ipsum dicto nomine, et ipsos fratres et conventum non fore capaces hereditatis predicte
asserendo ipsum Abbatem fratres et conventum dicti monasterii esse adherentes et credentes domino Clementi et non domino Urbano pape, ac etiam dictam institutionem non
valere obstante quodam statuto vestre terre Creme effectualiter disponente nullum de Crema aliquam rem immobilem in Crema vel eius districtu existentem
alienare posse in aliquam personam non suppositam iurisdictioni Potestatis et communis Creme, et sic volunt privare ipsos fratres et conventum ipsa hereditate, quod non
credit fore vestre bone intentionis, et quod redundaret in dampnum dicti monasterii. Que quidem questio nunc commissa est consulenda domino Cristoforo de Pandulfis
de collegio iudicum vestre civitatis Mediolani. Et licet magnificentia vestra per suas patentes litteras dat. [illegible] die [illegible] martii [illegible] indictione
mandaverit quod non obstantibus scismate preceptores fratres et pauperes dicte domus beati Antonii in certis possessionibus suis iuribus elemosinis questibus et aliis pertinentibus
quibuscumque manuteneantur et defendantur. Tamen vertitur in dubium quod dicte littere non se extendunt ad hereditatem predictam. Quare [illegible] humiliter et devote
supplicat quatenus intuitu pietatis et misericordie, et ne pauperes et monasterium beati Antonii suo iure priventur indebite, vestra pia dominatio dignetur et velit
decernere et mandare quod non obstante scismate et exceptione ipsius statuti in quantum aliud iustitiam foveat predicti fratres et conventus ad successionem et
hereditatem predictam admittantur, et admissi esse intelligantur. Et quod eidem procuratori ius fiat in premissis, reiectis exceptionibus antedictis, et prout fieret
si scisma et dictum statutum non esset. Quapropter continentia petitionis predicte plene intellecta, et cupientes quantum cum honore possumus ob reverentiam
beati Antonii dictis fratribus favorabiles nos prebere, harum serie volumus et mandamus quibuscumque Potestatibus, Vicariis et officialibus nostris ad quos spectat
quod super effectu dicte supplicationis ius faciat ipsis duabus exceptionibus de quibus supra fit mentio nequaquam obstantibus, quibus in quantum premissis obviaret in hac
parte ex certa scientia derogamus. Volumus tamen quod si bona in dicta supplicatione nominata ad ipsos fratres iure debite transire debent non obstantibus
exceptionibus ipsis transeant cum onere suo et secundum ordines nostros. Dat. Mediolani die vigesimonono octubris, [illegible]nono tertiadecima indictione.

Franciscolus.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 5 (214)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1789499399-13/fragment/page=0001
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1789499399-13/fragment/page=0002

CCXIV

Dux Mediolani etc. Comes Virtutum Imperialis vicarius generalis. Admisimus petitionem tenoris huiusmodi videlicet Illustri et excelse dominationi vestre significat pro parte vestri fidelis Guitoris Thomaxini de Bonazys de Crema sindici et procuratoris conventus fratrum monasterii beati Antonii dicti Viennensis. Quondam Thomasinus de Vimercate, de terra vestra Creme decessit condito per ipsum testamento in quo heredem sibi universalem Instituit ipsum conventum tanquam Christi pauperes intuitu pietatis, et quod occasione certorum bonorum hereditatis predicte lis pendet coram Vincentio potestatis vestri Creme In qua lite opponitur eidem Thomasino sindico predicto non debere admitti, ad petita per ipsum dicto nomine, et ipsos fratres, et conventum non fore capaces hereditatis predicte Assserendo [illegible] Abbatem fratres, et conventum dicti monasterii esse adherentes, et obedientes domino Clementi et non domino Urbano pape, ac etiam dictam Institutionem non valere obstante quodam statuto vestre terre Creme effectualiter disponente nullum de Crema aliquam rem Immobilem in Crema vel eius districtu existentem alienare posse in aliquam personam non suppositam iurisdictioni potestatis, et communis Creme et sic volunt privare ipsos fratres et conventum ipsa hereditate, quod non credit fore vestre bone intentionis, et quod redundaret in dampnum dicti monasterii Que quidem questio nunc commissa est consulenda domino Cristoforo de Pandulfis de collegio iudicum vestre civitatis Mediolani. Et licet magnificentia vestra per suas patentes litteras datas ultimo die mensis martii [illegible] nove indictione mandaverit quod non obstantibus scismate, preceptores fratres, et pauperes dicte domus beati Antonii in solitis possessionibus suis Iuribusque elemosinis questibus et aliis proventibus quibuscumque manuteneantur, et defendantur. Tamen vertitur in dubium quod dicte littere non se extendunt ad hereditatem predictam. Quare humiliter et devote supplicat quatenus Intuitu pietatis et misericordie, et ne pauperes, et monasterium beati Antonii suo iure priventur indebite vestra pia dominatio dignetur et velit decernere et mandare, quatenus non obstante scismate, et exceptione ipsius statuti in quantum aliud iustitiam foveat predicti fratres, et conventus ad successionem et hereditatem predictam admittat, et admissi esse intelligantur. Et quod eidem procuratori Ius fiat in premissis, reiectis exceptionibus antedictis, et prout fieret si scisma et dictum statutum non esset. Quapropter continentia petitionis predicte plene intellecta, Et cupientes quantum cum honore possumus ob reverentiam beati Antonii dictis fratribus favorabiles nos prebere, harum serie volumus et mandamus quibuscumque potestatibus vicariis et officialibus nostris ad quos spectat quatenus super effectu dicte supplicationis Ius faciant ipsis duabus exceptionibus de quibus supra fit mentio nequaquam obstantibus quibus in quantum presentibus obviaret in hac parte ex certa scientia derogamus. Volumus tamen quod si bona in dicta supplicatione nominata ad ipsos fratres iuridice transire debent non obstantibus exceptionibus ipsis transeant cum onere suo et servatis ordinibus nostris. Dat. Mediolani die vigesimonono octubr. [illegible]nono tercia indictione.

Franciscolus.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 5 (214)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1789499399-13/fragment/page=0003
DFG